

favorem non obtinent) sed Patronatus Laici: talia enim verò Beneficia, propter liberalitatem & pietatem Laicorum, in fundatione, dotatione, vel constructione Ecclesie demonstratam, maximum in Jure favorem fortuntur, eisque nunquam censetur derogatum, nisi specialis & expressa fiat mentio arg. Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 9. Covarruv. pract. 99. cap. 36. n. 2. & seqq. Garcias d. p. s. cap. 1. n. 77. Nicolarts dub. 5. §. 2. Cumque in Jure Patronatus mixto, tanquam in re individua, non censentur esse subiecta privilegia, Laici alioquin Patronis competentia, Beneficia quoque patronata mixta à Concordatorum reservatione sunt libera, veluti cum citatis Authoibus asserunt P. Pirhing n. 324. Wiestner num. 134. Clariss. P. Schmalzgrueber ad tit. de Preb. n. 291.

278 Dubitabis I. an Beneficia resignata in mensibus Apostolicis sub reservationem cadant?

Resp. I. non esse dubium de Beneficiis, in manus S. Pontificis resignatis: hæc quippe censentur apud Sedem vacare, & aliunde sunt reservata ex num. 198.

279 Resp. II. neque dubium videri de Beneficiis, quæ coram Ordinario resignantur ex causa permutationis: cum enim in effectu non censentur vacare, sed unus ex permuantibus statim in locum alterius subintroire, cessat omnis reservatio, prout definitum est à S. Congregatione Card. negotiis Episcoporum præposita. Branden ad Concord. quest. 12. num. 13. & seqq. Garcias d. p. s. cap. 1. n. 543. Nicolarts dub. 9. §. 9.

Resp. III. dubium solummodo moveri de Beneficiis, quæ simpliciter in manus Ordinarii resignantur: communior tamen sententiam esse, quod sub reservationem non cadant, uti cum Branden, Nicolarts, citatis locis sentiunt Chokier ad reg. 8. Cancell. gloss. 1. n. 29. Leuten. p. 2. q. 98. n. 5. ac novissimè Clariss. P. Schmalzgrueber cit. l. n. 294. Ratio est: quia Beneficia, sic resignata, de Jure Communi & vi Regula Cancellaria 8. seu 9. non cadunt sub reservationem: ergo nec cadunt sub reservationem de Jure specialis Concordatorum, quæ reservationes Apostolicas non augent aut aggravant, sed alleviant, & minuunt. Vide similem discursum in num. 250.

Dubitabis II. an Coadjutoria sub reservationem veniant?

Resp. quod, licet Coadjutoria cum successione à S. Pontifice concedantur, Beneficia tamen, respectu quorum Coadjutoria conceduntur, non cadant sub reservationem aliter, quam si Coadjutor in mense Papali moriatur. Rota Rom. in rec. p. 1. decis. 570. num. 9. & p. 2. dec. 416. n. 1. & in una Germana Concordatorum apud Palem die 11. Martii 1749. Ratio est: quia S. Pontifex in Concordatis discretè promittit, quod Ordinarius collationes per gratias præventivas aut expectativas, quales sunt Coadjutoria cum spe certa successione, non velit impedire: adeoque per concessionem similis Coadjutoria non censetur Derogari derogare voluisse. Garcias d. p. s. cap. 1. num. 52. Nicolarts dub. 8. §. 6.

etiam Metropolitanis, Collegiatis, & aliis quibuscunque Ecclesiis, etiam Beneficia hujusmodi, Canonici, & Præbendæ, Dignitates, Personatus, administrationes, vel officia in eisdem Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis & ipsa Præbendæ in illis ex hujusmodi Ecclesiis, in quibus majores, vel minores Præbendæ esse videntur, etiam majores fuerint, & ad Dignitates, Personatus, administrationes, vel officia hujusmodi consueverint, qui per electionem assumi, eisque cura imminuat animarum, à modo Dignitates ipsæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, post Pontificales majores, aut Collegiatis hujusmodi principales non exsistunt, ad eorundem Collatorum, & Collatricum collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem communiter, vel divisionem pertinentibus singulis personis conferendis, seu super hoc, quod persona hujusmodi ad illa recipiantur, & admittantur, Preces porrigi, seu de personis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri conigerit primariis, idem Collatores, & collatrices, salvo quod singula Collationes, & singula Ecclesia ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur, ac ipsi Collatores, & Collatrices saltem quatuor Beneficia Ecclesiastica conferre habeant, hujusmodi Preces, & nominationibus parere, & intendere, nec non personas ipsas ad hujusmodi Beneficia, postquam ipsi de illis canonice provisionem fuerint, juxta eandem præcedentem, aut nominationum tenorem recipere, & admittere debeant, & etiam teneantur.

Quodque quicunque quibusvis in Dignitatibus constituit, seu Ecclesiasticum Cathedralium Canonice singulis, videlicet in illis, quos per singulas personas prædictas Preces, & nominationes hujusmodi, & ad hoc, ut illæ sortiantur effectum, etiam presentiam Executores deputaverit, per se, vel alium, seu alios, Beneficia prædicta, cum in quibusvis etiam Ordinariis Collatoribus per constitutiones nostras, aut litteras alterutras, aliæque privilegia, & indultæ quacunque quomodolibet concessis, & impostis concedendis, aut aliis quibuscunque mensibus vacaverint, & quæ persona, pro quibus Preces, & nominationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi Preces seu nominationes ad illa se extendant, infra mensem, postquam ipsi vacatio hujusmodi Beneficiorum innotuerit, duxerint acceptanda, etiam ipsa Beneficia dispositioni Apostolica, aliis quam per constitutionem vel record. Benedicti Papa XII. prædecessoris nostri, quæ incipit Ad regimen, generatim referant existant, & ex diversis personis vacaverint, & persona nominata prædicta tempore assentionis Beneficiorum, ad quod nominata fuerint, aliud Beneficium in eadem Ecclesia obtineant, ac secundum statuta, & consuetudines Ecclesiarum, in quibus Beneficia hujusmodi constituntur, vel indultæ Ecclesiis concessæ, capaces, videlicet in aere legitima constituta, aut de legitimo matrimonio præcreata non sint; à modo quoad hujusmodi qualitates aliis cum illi Canonice assensum, & Beneficia in eadem Ecclesia obtinenda talia sint; quæ sine dispensatione Apostolica in similibus obtineri possint, aut consueverint, ac ipsorum vacantium Beneficiorum collatio non fuerit juxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, neque super illis inter aliquos sit pendens indecisæ etc. conferre & assignare.

286 verit, conferre tenetur. Hæcque nominatio nomen Primarium seu Primarium Precum est sortita: vel quia in qualibet Ecclesia est prima & unica: vel quia præfertur cuilibet alteri nominationi, presentationi, collationi &c. Engelad tit. de Prebend. num. 70. Wagnerreck in exegesi ad cap. ii cui 19. eod. tit. in 6. Pirhing ad cit. tit. n. 367. & 368. Hermes in 287 fuscic. Jur. Publ. cap. 11. n. 6. Juvabit ad aliquorum commoditatem ex pluribus Indultis Apostolicis, in quibus harum Precum natura describitur, unicum duntaxat, quod Urbanus VIII. Ferdinando III. Romanorum Imperatori transmissit, afferre; prout sequitur.

288 Urbani Episcopus servus servorum DEI. Carissimo in Christo filio Ferdinando Romanorum Regi illustri, in Imperatorem electo, salutem &c. Cum post factam de persona tua per Sacri Romani Imperii Principes Electores de consensu clar. mem. Ferdinandi II. RR. Regis in Imperatorem electi Patris tui tunc in humanis agentis, in Regem Romanorum electionem, ac per Nos pro univ(er)sa Christiana Republica salute confirmatam nuper Nobis significaveris, Te summo desiderio personam in gratias, & acceptas gratia, & munificentia, aliqua Beneficia Ecclesiastica consequi posse: Nos quem admodum magnis meretur offerri laudibus insignibusque precibus commendari, & sublimium Principum desideria, & vota, quæ in Divini nominis & personarum illi Clericali vinculo adstrictarum amore servantur, & opere postmodum consequente, tuum deducantur in altum; ita etiam dignum, vel potius debitum existimamus, quoniam in fidei sinceritate, & devotione illibatæ Ecclesie Sponsæ nostræ te fidelem Advocatum decessisti, eamque humiliter professione Matrem, & Dominam tuam recognovisti, & ad ipsam honorem & S. R. I. decus ultionem victoris, & diadema etiam nostro ministerio adveniente tempore suscipere, & in eis immobili persistere intendis, verum etiam tanquam ipsius Ecclesie legitimum pugil, & athleta Te adversus Sebastianicorum, Hereticorum, Turcarum Tyranniam, ac Fides, & Christi nominis hostium insanias, & furoribus spiritualiter, & temporaliter armaris, & in dies arma hujusmodi iugiter exegeris, ea Tibi favorabiliter concedamus, quæ Te Celsitudinis cedant ad honorem, & per quæ eisdem benemeritis personis Te munificam reddere possis ope auctoritatis Apostolicæ exhibitione gratiarum.

Hinc est, quod Te Celsitudinis supplicationi inclinati, dicta auctoritate presentium serie eidem Celsitudine tue concedimus, & indulgemus, quod si per te quibusvis Collatoribus, seu Collatricibus quocumque Beneficiorum Ecclesiasticorum Secularium, vel Regularium Ordinum, quorumcumque per Sac. Rom. Imp. ubilibet constitutorum, etiam si qui, vel si qua Pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeant, seu Collegia, Capitula, & Convicinia fuerint super singulis Beneficiis Ecclesiasticis cum cura, vel sine cura Sacularibus, vel Ordinibus hujusmodi Regularibus in singulis Cathedralibus, P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

SECTIO VII.

De Primis Precibus Imperatoris.

SUMMARI.

284. Per Primas Preces suo modo reservantur Beneficia. 285. & seqq. Describuntur de Preces. 288. Indultum Urbani VIII. 289. Controversia hoc saculo orta. 290. Compactio. 291. Imperator potest executores constituere. 292. & seqq. Prima Preces sunt comparanda cum iure presentandi. 295. Intra mensem sunt porrigenda. 296. & seq. Eoque tempore Beneficium acceptandum. 298. & seq. Imperator per alium Preces interpretari valet. 300. & seq. Persona idonea de Jure vel fundacione sunt nominanda. 303. Possunt etiam plures nominari. 304. Aut unus in pluribus Ecclesiis. 305. &

seq. Preces limitantur ad Ecclesias Imperii. 307. Regulariter omnia Beneficia sub Preces cadunt. 308. Etiam Patronatus Ecclesiastici. 309. Non Laici. 310. Aut mixti. 311. & seq. Etiam reservata Pontifici, vel in Concordatis comprehensa. 313. & seq. Etiam vacatura. 315. & seq. Non tamen veniunt monacharia. 317. Devoluta ad Sedem. 318. Litigio. 319. Revocabilia. 320. & seq. Ex natura sua Regularia. 322. Dignitates Pontificiales aut his proxima. 323. Beneficia resignata ex causa permutationis vel in favorem.

§. I.

Quid sint Prima Preces, & quænam earum vis ac robur?

284 Specialem reservationem, aut potius affectionem, operantur Primæ Preces, non quidem in favorem S. Pontificis, ut ipse Beneficium affectum conferat; sed in favorem Imperatoris, ut presentatus aut nominatus ab

ipso Beneficium consequatur. Pro ejus meliori notitia Advertendum I. Imperatori Romano legitime electo, competere jus, ad Beneficia in Ecclesiis Germanicæ vacatura, vel vacantia,

assignare, nec non omnia & singula, quæ ad hoc, ut Precum seu Nominationum ac Collationum & acceptationum hujusmodi succedant effectus, opportuna fuerint, facere, auctoritate nostra per consensum Ecclesiasticum exequi possint ac valeant &c.

Non obstantibus nostris de non-utendo gratia expectativa, ac reservatione speciali, vel duabus gratiis infusis, ac de infusione, & publicatione, & diligentibus per acceptantes desuper faciendis ac in favorem Ordinariorum Collatorum, nec non expectativæ in forma pauperum habentium, ac illustrum, & graduatorum, ac Sedis predictæ Officiorum, ac certas inibi expressas gratias habentium, nec non quibusvis in Cancellaria Apostolica quoadmodum publicatis, & publicandis, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non aliis Ecclesiarum, in quibus Beneficia hujusmodi fors fuerint, statutis, & consuetudinibus &c. nec non Concordatis Nationis Germaniæ, ac eorundem Concordatorum confirmatione, ac prædictis, ac quibusvis aliis quoadmodum editis, & edendis constitutionibus, & regulis nostris, & dictæ Cancellariæ, ad quarum solemnitatem, adstrictionem, formam, & satisfactionem, seu observantiam habentes Preces, seu nominationes hujusmodi minime teneantur, nec ipsæ Preces sub illis comprehendantur quoquo modo, nec non quibusvis privilegiis, indultis, & literis Apostolicis, & quibusvis gratiis expectativis specialibus, vel generalibus, etiam mentalibus reservationibus, unionibus, annexionibus, & incorporationibus, suppressionibus, & extinctionibus perpetuis, & temporalibus nominationibus, ac reservationibus, unendi, annexandi, incorporandi, ac nominandi, & alii conferendi, commendandi, suppressendi, & extinguendi, aliisque circa accessus, & regressus de consensu, facultatis, literis, mandatis, & indultis quibusvis, etiam cum provisionibus, commendis, & aliis dispositionibus ex tunc, & gratiis quibusvis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, vel conditionis existentibus, & quacunque etiam Imperiali, Regali, Regiæ, Ducali, sive Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel majore auctoritate, & præmientia, nobilitate, & excellentia, ac etiam Cardinalatus honore fungentibus, & familiaribus continuis commensalibus nostris, etiam descriptis, & antiquis, & in eorum, ac Ecclesiarum etiam Cathedralium, Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & principalium, Monasteriorum, mensarum, Capitularum, Dignitatum, & aliorum beneficiorum quorumcumque cum cura, & sine cura, Sacularium, & quorumvis Ordinum Regularium, Locorum piorum, Universitatum, Studiorum, & aliorum quorumcumque &c. Datum Roma, apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo trigesimo octavo, duodecimo Calendis Decembris, Pontificatus nostri Anno sexto-decimo.

289. Advertendum II. fuisse quidem hoc sæculò sollicitam questionem, an jus Primarum Precum sit merum indultum Pontificum; an verò ex inveterata consuetudine vel præscriptione quasi proprium Imperatoribus? Eam tamen post electionem moderni Augustissimi Romanorum Imperatoris Caroli VI. compositam esse, prout liquet ex literis, à SS. D. N. Clemente XI. ad Capitula Ecclesiarum Ca-

thedralium & Collegiarum directis, seu quorum tenorem subjicio.

CLEMENS PP. XI.

Dilecti filii Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum jam benedicente Domino, difficultates illæ, propter quas dudum Imperiales

Preces, quas primarias vocant, minime admittendas esse, ediximus, sublata prorsus remanserint, nullumque propterea Charissimo in Christo Filio Nostro Carolo Romanorum Regi Imperatorem Electro Pontificiæ benevolentia argumentum deesse voluerimus, id totum dilecti filii, vobis nunc necum, & perspicuum esse aequum ducimus; simulque vos admonere, ut eas Preces, quas de cætero à dicto Carolo Rege sive vobis, sive aliis quibusvis Collatoribus, seu Collatricibus quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, per Sacram Romanam Imperium nihiliter existentium, pro Beneficiorum hujusmodi, cum primum illa vacaverint, collatione, servatis tamen restrictionibus, & exceptionibus sibi faciendis, porrigi, seu exhiberi contigerit, omnino recipiendas, atque admittendas esse noscatis. Præterea, cum nobis innotuerit, etiam Clarissima memoria Josepho, dum vixit, eorundem Romanorum Regi in Imperatorem Electro, prædicti Caroli Regis Germano Fratris animam non desuisse, ad rem totam explendam, nisi immaturus illius obitus cuncta turbasset, adeoque per ipsum non sterisse, quò minus eadem difficultates penitus tollerentur, quemadmodum ex authenticis ad Nos actis documentis liquido constat: Idcirco etiam similes Primarias Preces, ab eodem Josepho Rege, dum viveret, expeditas, quæ vobis hæcenus exhibita fuerunt, seu imposteras exhibebuntur, suam integritatem, ac plenum effectum habere non abnuimus: circa illorum præjudicium, quos in possessione Beneficiorum, sive à Nobis, sive à quibusvis Ordinariis Collatoribus, seu Collatricibus collatorum, exclusæ prorsus ac nullatenus ad illam admittantur, in quorum favorem Preces prædictæ pro eisdem Beneficiis à memorato Josepho Rege expeditæ fuerunt, reperiri contigerit, quibus tamen, sicut præmittitur, exclusis, Beneficia primo vacatura conferri debeant. Hæc dum, vobis, dilecti filii, significamus, minime veremur, quin illa pro filii vestro in Nos studio debita executioni demandaveritis; vobisque interim Celestium Charitativum incrementa ex animo à DEO precamur, ac perpetuum paternæ Charitatis nostræ pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur; Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertii Martii M. DCC. XIV. Pontificatus Nostri Anno decimo quarto.

F. Oliverius

Advertendum III. ad facilitorem effectum, præ Preces obtinendum, Imperatori à Sede Apo-

Apostolica concedi, ut in Ecclesiis, in quibus suis Precibus uti, ac Beneficiorum nominare cupit, executores constituit, in Dignitate Ecclesiastica, vel Personatu, vel Canoniatu Cathedrali positos, qui contradictores aut oppositores etiam, si opus fuerit, censurâ Ecclesiasticâ possint compescere. Chokier in tract. de Primis Prec. sect. 4. à n. 1.

292. Advertendum IV. Primas Preces non esse comparandas cum jure influentium, sed potius cum jure præferendi seu nominandi Clericum ad Beneficium; cum certa tamen obligatione, Ordinariis Collatoribus impositâ, ut personam nominatam, si fuerit inventa habilis, instituant; quemadmodum omnes ferè Catholici, de Precibus scribentes, eadem in-

293. Interpretantur. Et quamvis Wagnereck in exegefi ad cap. 15. de Prab. in 6. §. 3. in fine, exitum, institutionem ad executores, ab Imperatore deputatum, spectare; verius tamen institutionem Ordinarii Collatori tribuit Engel ad cit. tit. sub n. 70. notam. 6. Leuren in Foro Benef. p. 2. q. 613. n. 2. quia in Indulto Primarum Precum, ut patet ex §. hinc est in fine, solet exprimi, quòd nominati ab Imperatore debeant recipi in Beneficio, seu in Imperatorem Electro, prædicti Caroli Regis Germano Fratris animam non desuisse, ad rem totam explendam, nisi immaturus illius obitus cuncta turbasset, adeoque per ipsum non sterisse, quò minus eadem difficultates penitus tollerentur, quemadmodum ex authenticis ad Nos actis documentis liquido constat: Idcirco etiam similes Primarias Preces, ab eodem Josepho Rege, dum viveret, expeditas, quæ vobis hæcenus exhibita fuerunt, seu imposteras exhibebuntur, suam integritatem, ac plenum effectum habere non abnuimus: circa illorum præjudicium, quos in possessione Beneficiorum, sive à Nobis, sive à quibusvis Ordinariis Collatoribus, seu Collatricibus collatorum, exclusæ prorsus ac nullatenus ad illam admittantur, in quorum favorem Preces prædictæ pro eisdem Beneficiis à memorato Josepho Rege expeditæ fuerunt, reperiri contigerit, quibus tamen, sicut præmittitur, exclusis, Beneficia primo vacatura conferri debeant. Hæc dum, vobis, dilecti filii, significamus, minime veremur, quin illa pro filii vestro in Nos studio debita executioni demandaveritis; vobisque interim Celestium Charitativum incrementa ex animo à DEO precamur, ac perpetuum paternæ Charitatis nostræ pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur; Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertii Martii M. DCC. XIV. Pontificatus Nostri Anno decimo quarto.

295. Advertendum V. Precistam, qui nimirum ab Imperatore recipit Preces, seu nominationem ad Beneficium alicujus Ecclesiæ, obligatum esse, ut ipsas Preces seu hæcenus exhibita Cæsarem præsentet Ordinario illius Collatori, puta Episcopo, vel Capitulo, collegialiter congregato: cæteroquin remanet Ordinario liberum & non-affectum, alteri, quàm Precistæ, conferendi. Chokier in cit. tract. de Precib. Primar. sect. 4. n. 34 & seqq. Wagnereck cit. l. §. 2. §. communiter & §. 3. §. intramensem quest. 1. Hermes cit. l. n. 48. & seqq.

296. Advertendum VI. Precistæ quoque in cit. Indulto sub §. quoque &c. imponi, ut Beneficium, ne plus nimio vacet, intra mensem à die cognitæ vacationis acceptet. Chokier d. sect. 297. n. 17. Leuren d. p. 2. q. 113. n. 1. & 2. Et, si ex negligentia non acceptaverit, poterit quidem, re adhuc integrâ, Beneficium acceptare; si tamen interea necdum alteri fuerit collatû, nil juris ad Beneficium manet reliquum. Wagnereck d. l. q. 2. Wiestner ad cit. de Prabend. n. 177. Quamvis de hoc vehementer dubitet Chokier d. l. n. 30.

298. Quæres I. an Imperator suis Precibus non tantum ipsemet uti, sed etiam alteri Preces easdem committere valeat?

Resp. affirmative. Chokier sect. 2. num. 1. Leuren q. 617. Hermes d. cap. n. 15. Ratio est: quia nil refert, utrum aliquis per se vel

per alium jure suò utatur. Quòd si Imperator vel nunquam uteretur Precibus, vel eas per alium semper exerceret, non tamen existeret jure suò: tum quia privilegium per non-usum non amittitur ex nostris principiis in Lib. I. tract. 1. cap. 8. n. 262. tum quia, si per alium Preces interponat, ex num. 298. ipsemet interponere censetur. Chokier d. l. num. 2.

Quæres II. quisnam per Preces Imperatorias ad Beneficia nominari possit?

Resp. illas personas nominari posse, quæ habent qualitates, ad Beneficia de Jure Communi aut in fundacione requisitas; tamen si qualitates alias, ex statuto vel consuetudine speciali desideratas, non habeant. Ita col- ligitur luculenter ex Indulto sub §. quoque &c. ubi in Precista legitima ætas & legitima nati- vitas, aut saltem dispensatio exigitur, simulque status & consuetudine (si nempe qualitates alias, quæ in jure vel fundacione præscriptum fuerit, efflagitent) derogatur. Chokier sect. 4. n. 47. & seq. item sect. 5. §. 1. n. 11. Hermes ubi supra n. 52. Leuren q. 610. Qui & alii Auctores suffocere putant, si Precista Clericatum & alias duties, à jure vel fundacione præscriptas, tempore collationis aut acceptationis acquiriverit, licet tempore impetrationis isdem fuerit constitutus.

Quæres III. possintne plures ad idem Beneficium; vel unus ad plura Beneficia in diversis Ecclesiis nominari?

Resp. quoad utrumque affirmative. Ratio primi est: quia Patronum alius, saltem Laicus, non prohibetur ad idem Beneficium plures nominare personas, vel etiam unam ex præsentatis re adhuc integrâ, revocare. Chokier sect. 1. n. 3. Wagnereck ubi supra §. 2. §. hujusmodi not. 3. Pirhing ad cit. de Prab. n. 372. Wiestner ibid. n. 572. Ergo nec Imperator ita nominare vel revocare prohibetur. Ratio secundi est: quia nulla apparet implicancia, cur una persona nequeat ad plura Beneficia in diversis Ecclesiis nominari, non quidem ut plura Beneficia simul acquirat, sed, ut majorem habeat certitudinem de uno acquirendo, ac, ubi id factus fuerit, Preces quoad cætera expirent. P. Engel ubi supra not. 7.

Quæres IV. in quibus Ecclesiis Primæ Preces offerri valeant?

Resp. in Ecclesiis, ad Imperium Romano-Germanicum spectantibus; uti relict ex Indulto Precum §. hinc est &c. in verb. per sacrum Romanum Imperium ubilibet constitutorum &c. Ad Ecclesias, extra Romanum Imperium constitutas, aut ab Imperio avulsas (exceptâ Metensi, Tullensi, Verdunensi, ubi per Pacem Westphalicam Preces reservatæ fuisse videntur. Hermes in fasc. d. cap. 11. n. 31. Preces non porriguntur. Chokier in Proem. Prec. n. 3.



§. II.

Quanam Beneficia per Preces afficiantur?

- 307 **P**reces Imperatoriae tam favorabiles & amplae sunt, ut sua comprehensione afficiant omnia Beneficia, Saecularia & Regularia, cum vel sine cura, electiva, & collativa, prout ex saepe cit. *Indulto §. hinc est &c.* ad oculum patet. Nihilominus
- 308 **D**isceptatur I. an Beneficia Juris Patronatus afficiantur Precibus?
- Resp. I. de Beneficiis Juris Patronatus Ecclesiastici non esse dubitandum: ut potest cum in cit. *Indulto* nominatim comprehendantur Beneficia, ad alterius praesentationem conferri solita, qualia utique sunt Beneficia Juris Patronatus Ecclesiastici. Chokier *sect. 2. n. 39.*
- 309 **R**esp. II. Beneficia Juris Patronatus Laici probabilis non videri comprehensa: partim quia in cit. *Indulto* non obicitur fit mentio de solis Patronis Ecclesiasticis: partim quia ex supra dictis in n. 276. Beneficia Juris Patronatus Laicalis sub nulla reservatione vel affectione continentur, nisi specificè nominentur. Chokier *d. n. 39.*
- 310 **R**esp. III. neque Beneficia patronata mixta comprehendi: quia alius in hac individua materia Patronus Laicus non posset uti sua praesentatione, nisi & Patronus Ecclesiasticus, sine quo praesentare Beneficia, ad praesentationem admitteretur. Chokier *d. l.*

§. III.

Ad quanam Beneficia Preces Imperatoriae non extendantur?

- 315 **I**mperatoriae Preces, utut latissimae & amplissimae, unam vel alteram limitationem recipiunt. I. enim non extenduntur ad Beneficia monachalia, nec praesudicant Collatoribus, qui pauciora quam quatuor Beneficia conferre possunt: ne caeteroquin eveniat, ut totò vitæ decursu nulla unquam occasio utendi iure collationis occurrat. Chokier *sect. 2. n. 44.* Engel *num. 70. not. 3.* Hermes *cit. cap. 11. num. 39.* Ex quo nihilominus juxta opinionem P. Wiestner ad *cit. tit. de Prab. n. 168.* non licet inferre, Canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, in quibus per turnum, ut vocant, ab ipsiis Canonicis sigillatim per ordinem concedi solent, Primis Precibus non subjacere: neque enim Canonici tunc conferunt jure proprio, sed magis jure delegato ac nomine Capituli *arg. cap. in causis 30. de Elect.*
- 317 **I**I. non extenduntur ad Beneficia, quorum collatio juxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime fuit devoluta, ut habet *cit. Ind. sub §. quodque &c.*
- 318 **I**II. non extenduntur ad Beneficia litigiosa, super quorum scilicet proprietate lis mota, nec decisa fuit, ut rursus in *cit. loc. apertè dicitur*: quia Beneficia litigiosa nec reservationem, nec aliam dispositionem patiuntur. Chokier *sect. 4. n. 52.*
- IV. non extenduntur ad Beneficia, ad nuntium revocabilia, aut perpetuo & accessorie alicui Collegio, Monasterio, vel Canonicatus unita per ea, quae supra de Concordatis *n. 273.* statuta leguntur. Wiestner ad *tit. de Prab. n. 165.* Clariss. P. Schmalzgrueber *ibid. sub. n. 348.*
- V. non extenduntur ad Beneficia, ex natura sua Regularia, cujusmodi sunt Abbatiae, Praeposturae, Prioratus, Decanatus Regularis &c. supponunt enim & praerequirunt Religiosam Professionem, nec ferunt, ut personae diuinae conditionis aut habitus in eadem Ecclesia sibi conuenerit per *Clem. cum rationi 1. de Elect. Wagnereck §. 2. §. beneficiorum.* P. Schmalzgrueber *n. 346.* Et licet in *Indulto* Regularia quoque Beneficia contineantur *ex n. 307.* attamen non alia sententia intellecta, ac quae per accidens sunt talia, nempe ex speciali fundatione vel praescriptione, vel aduerti laud. P. Schmalzgrueber, & simul cum DD. allegatis monet, ne quidem ad ista ab Imperatoribus Preces haecenus fuisse datas.
- VI. non extenduntur ad Dignitates, quae in Ecclesiis Cathedralibus aut Metropolitanis sunt majores post Pontificales, & in Ecclesiis Collegiatis sunt Principales, sicuti clarè decernitur in *cit. Ind. sub §. hinc est &c.* Minus igitur

- igitur ad ipsas Dignitates Pontificales, hisque majores, Preces extendi poterunt, ne Capitulis Ecclesiasticis, quae frequenter non habent aliam promotionem, aut provisionem, quam electionem ad Episcopalem aut Metropolitanam Dignitatem, nisi iure praesudicetur. P. Engel *ubi supra sub n. 70. notam 3.*
- 323 **V**II. non extenduntur ad Beneficia, quae resignantur vel ex causa permutationis, vel coram Papa in favorem tertii per argumentum, *ex num. 279.* petium: quia vel in effectu non vacant; vel vacant solummodo sub conditione, si certae personae conferantur. Chokier *sect. 2. sub n. 24.* Wagnereck *sub §. 2.* Hermes *n. 35.* Schmalzgrueber *sub n. 346.*
- 324 **Q**uæres: an Preces Imperatoriae etiam extendantur ad Beneficium, secundo vacaturum,

quando Precista Beneficium, primitus vacans, non fuit adeptus?

Resp. sub distinctione: vel enim ex Precista negligentia aut culpa accidit; vel non. Si prius; Preces non extenduntur ad secundum, sed consumuntur post mensem, quò primum inceptum vacare per textum in *cap. Clericus 11. de Prab. in 6.* Sipofterius; Preces etiam ad secundum aut tertium porriguntur, usque dum Precista unum fuerit adeptus. Vid. cum D. Hermes *cit. l. n. 73.* & Wagnereck *§. 3. n. 3.* P. Schmalzgrueber *d. l. n. 371.* Quocumque verò casu vel modo Precista jam semel accepit Beneficium, variè, & aliud præterdere nequit *arg. cap. ult. de Refr. in 6. cap. per petuo 1. de Postulat. Pralat. eod. in 6.* Exceptiones habet *cit. Schmalzgrueber n. 370.*

SECTIO VIII.

De Effectu Beneficiorum.

SUMMARI A.

326. **I**ndicatur effectus Beneficiorum. 327. **A**tingitur obligatio residentia. 328. **Q**ua requiritur mansio. 329. **M**oraliter continuam. 330. **I**n loco Beneficii. 331. **R**atione servitii spiritualis. 332. & seq. **P**ersonaliter praestandi. 334. **N**aturae consuetudo. 335. **E**numerantur persona, ad residentiam obligatae. 336. & seq. **I**ndicatur Jus, ad residentium obligans. 340. & seq. **D**eclaratur residentia eorum, qui duplex Beneficium habent. 344. & seq. **A**ut Episcopatum obtinent cum Canonicatus. 348. & seq. **D**oceatur, quantum tempore liceat Beneficium abesse. 350. & seq. **R**ecensentur causa, excusantes a residentia. 355. & seq. **E**xaminatur utilitas temporalis. 357. & seq. **C**ausa studiorum. 361. & seq. **C**on-
327. **A**tingitur obligatio residentia. 328. **Q**ua requiritur mansio. 329. **M**oraliter continuam. 330. **I**n loco Beneficii. 331. **R**atione servitii spiritualis. 332. & seq. **P**ersonaliter praestandi. 334. **N**aturae consuetudo. 335. **E**numerantur persona, ad residentiam obligatae. 336. & seq. **I**ndicatur Jus, ad residentium obligans. 340. & seq. **D**eclaratur residentia eorum, qui duplex Beneficium habent. 344. & seq. **A**ut Episcopatum obtinent cum Canonicatus. 348. & seq. **D**oceatur, quantum tempore liceat Beneficium abesse. 350. & seq. **R**ecensentur causa, excusantes a residentia. 355. & seq. **E**xaminatur utilitas temporalis. 357. & seq. **C**ausa studiorum. 361. & seq. **C**on-
366. **D**evenitur ad Jus percipiendi fructus annuos. 367. **Q**uibus etiam annueruntur grossi. 368. & seq. **B**eneficiatus, Novitium ingressus, lucratur fructus. 370. & seq. **M**ortuus intra annum de fructibus nihil ad heredes transmittit. 375. & seq. **S**atisfit obligatis. 378. & seq. **A**gitur de penis non-residentium. 382. **T**rahitur de distributionibus quotidianis. 383. **A**d eas lucrandas requiritur residentia. 384. **E**t presentia Divinis. 385. & seq. **Q**ui habet duplex Beneficium, lucratur duplicem quotam. 387. & seq. **D**iscuntur, an portiones absentium accrescant presentibus? 395. & seq. **E**xemteratur, an presentes absentibus suas portiones remiserint possint?

§. I.

De Obligatione Residendi in Beneficio.

- 326 **E**ffectus Beneficiorum spectari potest tum in obligationibus, tum in iuribus & emolumentis Beneficiorum. Ad obligationem praeter recitationem Breviarii, quam jam supra in p. 1. cap. 2. n. 72. delibavi, singulariter pertinet residentia, seu commoratio & mansio in loco Beneficii ratione servitii spiritualis, personaliter praestandi.
- 327 **D**ixi I. *commoratio & mansio.* Ubi notanda sunt duo. Primum est, quòd non quilibet praesentia sufficiat ad residentiam, sed commoratio & mansio diuturna. Alterum est, quòd ista mansio seu commoratio non debeat esse continua physice, ut parvò temporis intervallò non liceat abesse; sed moraliter: nam, qui aliquantisper tantum absunt, ex Veterum Canonum sententia non videntur abesse: quia statim reversuri sunt, ut dicitur Concil. Trid. *sess. 23. de Reformat. cap. 1.*
- 329 **D**ixi II. *in loco Beneficii.* Censetur autem, locus Beneficii districtus ille, intra quem Beneficium est situm, puta oppidum, civitas, Diocesis, adeò ut Canonicus v. g. in civitate vel propè, ubi est Ecclesia Cathedralis aut Collegiata; Parochus intra limites Parochiae; Episcopus intra Diocesis suae fines habitare teneatur *arg. Trid. Concil. sess. 6. de Ref. cap. 1. in verb. extra suam Diocesim morandò.* Certis tamen & praecipuis anni temporibus Episcopus, juxta idem Concilium *d. sess. 23. de Reformat. cap. 1. §. eisdem interm &c.* in ipsa Ecclesia Cathedrali praesentem se sistere teneatur. P. König ad *tit. de Cler. resid. n. 20.*
- 331 **D**ixi III. *ratione servitii spiritualis.* Beneficium siquidem ex *num. 15.* datur propter officium: officium verò non potest adimpleri ab eo, qui in loco Beneficii se praesentem non exhibet *cap. quia nonnulli 3. cap. relatum 4. cap. conquirentes 6. de Clericis non-resident.*
- 332 **D**ixi IV. *personaliter praestandi.* Esto namque regula sit in *cap. potest quis 68. de R. J. in 6.* ea, quae per alium quis facit, ab ipso facta reputari: habet tamen haec regula suam exceptionem in illis, quae personalem operam & industriam

ftriam exigunt, qualia sunt officia, Beneficiis Ecclesiasticis annexa, ad quae non qualescunque Clerici, sed antea legitime per examen approbati admittuntur per citatos textus.

333 Quapropter in cit. Concil. Trident. sess. 24. de Reformat. cap. 12. decretum est, ut omnes Divinae per se & non per substitutos compellantur obire officia, atque in Choro, ad psallendum instituto, hymnis & canticis DEI nomen reverenter, distincte, de-

334 quocumque laudare. Cui tamen constitutioni, quoad psalmodiam personalem Canonico-rum Cathedralium, in plerisque Ecclesiis Germaniae per consuetudinem contrariam, ex iudicio Zypæi in *Analysi ad d. tit. de Cleric. non resid. num. 28.* non improbatam, derogatum est.

335 Quæres I. quinquam Beneficiati sint obligati ad residentiam; & quò Jure?

Resp. I. ad residentiam obligari non tantum illos, qui Dignitatem aut Beneficium curatum possident juxta cap. non liceat 1. & seqq. d. i. Trident. sess. 6. de Reformat. cap. 1. sess. 23. de Reformat. cap. 1. sed etiam ceteros, qui Dignitatem Personatum, Canonatum, aut etiam Beneficium aliud simplex, quantumcumque modicum, obtinent cap. conquirente 6. cap. cum ad hoc 16. eod. tit. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 12.

336 Resp. II. obligationem residentiae quoad Beneficiatos curatores promanare ex Jure Divino, non quidem directe & expresse, sed indirecte, & per evidentem sequelam. Probatu efficitur ex Trid. d. sess. 23. cap. 1. ubi PP. Concilii sic ajunt: cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, Verbiq; Divini predicacione, Sacramentorum administratione, ac honorum omnium operum exemplo pacifice &c. quæ propositio est de Jure Divino, apud Joan. cap. 10. in Actib. Apost. cap. 20. & 1. ad Corinth. 7. nec non 2. ad Timoth. 2. directe

337 stabilita. Pergunt idem PP. quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt. Hæc propositio non habetur directe in Sacra Scriptura, sed ex interpretatione PP. prælucente Naturalis Juris dictamine, firmatur. Ergo conclusio, quæ in cit. l. ulterius infertur obligatio, ut animarum Pastores in suis Ecclesiis resideant, quatenus sine residentia pacifice & curare animas non posse creduntur, est Jure Divini implicitè & indirecte. Quia tamen oves agnoscere simul & pacifice quis potest, etiam continuò personaliter non resideat: hinc Ecclesiæ potestas fuit relicta, in hypothesi & individuo declarandi, quondam & quomodo residentis præceptum obliget? an continua residentia sit necessaria? an exercitium curæ per idoneos Vicarios subinde possit suppleri? Quemadmodum S. Synodus alleg. loc. in verbis seqq. nam cum Christiana charitas &c. insinuavit, & plenius explicavit Gonzalez in cap. relatum 4. de Cleric. non residens. n. 8. Quocum conferri possunt Engel ad d. tit. num. 12. König num. 4. Wiestner n. 8.

Resp. III. obligationem residentiae quoad 339 Beneficiatos non-curatos tantum ex Jure Ecclesiastico suboriri: eò quòd ministerium, ab iis peragendum, ex natura rei ministerium, procuratoris non dignetur. Ita AA. primum commendati.

Quæres II. utrùm & quomodo residere debeant Clerici, duo vel plura habentes Beneficia?

Resp. I. quòd Clericus, habens duo Beneficia, quorum unum alteri accessorie fuit unitum, teneatur personaliter residere in principali, & in alio, quod est accessorium, per Vicarium deservire possit & debeat per text. in cap. extirpanda 30. §. qui verò de Præbend. est enim Beneficium, accessorie unitum, quasi-extinctum; & consequenter Beneficiatus, qui residet in principali, censetur etiam residere in accessorio, si modò functiones, eidem connexas, per Vicarium peragat. Barbosa in *ollectan. ad Concil. Trident. sess. 22. cap. 3. de Reformat. n. 6.* Pirhing ad rit. de Præb. n. 39. König ad tit. de Cleric. non resid. n. 11.

Resp. II. quòd Clericus, habens duo vel plura Beneficia, teneatur residere in digniore; & si utrumque sit æquale, in frequentiore, ubi scilicet major est concursus; aut, si & hic paritas esse videatur, potius in eo, quod est intra, quam extra civitatem. Sic enim plerique DD. tradunt ex ea congruenti ratione, quòd Beneficiatus ibi teneatur facere residentiam, ubi majorem aut fructum aut decantiam sperare licet; qua de causa, si unum sit curatum, & alterum non, residentia in curato, ad lucrandas animas, fieri debet per Constit. Pii V. quæ incipit: *Copientes*; idibus Julii 1568. edita. Garcias de Benef. p. 12. cap. 2. n. 49. Pirhing cit. l. n. 39. König n. 12. Wiestner n. 13.

340 Quæres III. utrùm Episcopus, qui in alia Ecclesia Cathedrali vel Metropolitana Canonice ex dispensatione Pontificia impetravit, in eadem Ecclesia ad residentiam obligetur?

Resp. I. Episcopum non obligari ad residentiam eò sensu, ut, si non resideat, Canonice perdat: hunc enim effectum aut poenam neglectæ residentiae remouatur dispensatio.

341 Resp. II. Episcopum ex multorum sententia, quam teneatur Barbosa ad Trid. cit. sess. 23. de ref. cap. 1. n. 20. Garcias de Benef. p. 3. cap. 2. num. 185. Pignatelli. tom. 7. consili. 7. num. 27. & probavit S. Congregatio Anno 1565. nec quidem in eo sensu ad residentiam obligari, ut, si non resideat, fructus non faciat suos. Rationem assignant: quia ejusmodi dispensatio tum ex parte concedentis tum ex parte impetrantis eum præcipue in finem emanare creditur, ut, cum S. Pontifex probè videat, Episcopum, qui 9. ad minus mensibus in sua Diocesi residere obstringitur, de Jure non posse satisfacere obligationi residentis in Canonice, hanc obligationem cum omnimodo effectu tollere, fructuumque perceptionem absque residentia indulgere voluerit.

Non

347 Non desunt tamen alii DD. qui contrariam sententiam & Juri conformem existimant ob textum in cap. ult. de Rescript. in 6. & universali ac notoria Germaniæ praxi & consuetudine receptam pronuntiant. Honor. ad tit. de Clericis non residens. n. 13. & 14. König ib. n. 17. Schambogen num. 13. Clariss. P. Schmalzgrueber n. 23.

348 Quæres III. deturne excusatio à residentia; & qualis?

Resp. I. ab obligatione residentis generaliter excusatos esse omnes, qui tantum ad modicum tempus absunt ex num. 328. quod tempus respectu Episcoporum, Prælatorum majorum, & Canonico-rum Cathedralium vel Collegiatorum sunt duo vel ad summum tres menses. Trident. d. sess. 23. cap. 5. & sess. 24. cap. 12.

349 Respectu Parochorum est tempus brevius, unus scilicet, & ad summum duos menses; sic tamen, ut licentiam discedendi prius ab Episcopo petant, & in scriptis obtineant, ac Vicarium idoneum substituant d. sess. 23. cap. 1. §. eadem omnino &c. Quod ipsum de Prælati Regularibus non exemptis propter cit. §. eadem omnino &c. intelligendum esse, potiores statuunt cum Tamburino de Jure Abb. tom. 1. disp. 14. q. 5.

350 Resp. II. inter speciales causas, ab obligatione residentis excusantes, reputari I. Christianam Charitatem, quando scilicet instat conversio hæreticorum, verbi Divini prædicatio, hostilium animorum pacificatio &c.

351 Trid. d. l. II. necessitatem, quocumque ex capite, v. g. bello, infidiis, persecutione inimicorum, injusta detentione, infirmitate corporali &c. oriundam. Trid. d. l. cap. præsentium 3. cap. sicut 39. cap. pastoralis 42. VIII. quæst. 1. cap. ad audientiam 15. de Cleric. non residens.

352 III. excepta necessitate graffantis contagionis, in qua exemplò boni pastoris oportet animarum curatores animam pro ovibus ponere Joannes 10. nisi per Vicarios & substitutos officium præstare valeat per decretum S. Congreg. die 23. Sept. 1576. quod Parochis dat licentiam, Sacramenta per alios administrant.

353 di. Pignat. tom. 4. consili. 17. n. 34. III. obedientiam, veluti si quis ex mandato Superioris Ecclesiastici extra locum residentiae negotiorum causa mittatur; vel Canonici in servicio Episcopi occupentur arg. cap. cum dilectus 14. & cap. ad audientiam 15. de Clericis non residens. Trid. sess. 24. de ref. cap. 12. in fi.

354 IV. evidentem utilitatem, tum personæ propriæ, ut si quis le suæque jura & bona defendat; tum Ecclesiæ suæ particularis, pro cujus defensione laborat; tum denique Ecclesiæ universalis, in cujus negotio quis versatur cap. ex parte 13. & 2. seqq. d. 1.

355 Resp. III. inter causas excusantes conferri utilitatem Reipublicæ temporalem, si ista personæ Ecclesiasticæ, quia v. g. Princeps aut Prælati Imperii est, ex officio quasi curanda incumbat arg. cap. si Episcopus 13. V. præceptione regia Disp. 18. cap. cum parati 19. V. in legatione Regis &c. de Appellat. Cui enim S. Pontifex

permittat Ecclesiasticis personis, ut feuda regalia possideant, permittit etiam, ut officia connexa fideliter obeant arg. cap. ex irammissa 6. & cap. verum 7. de Foro comper. Secus 356

non cessat obligatio residentis; nisi forsitan alia persona, quæ curanda utilitati Reipublicæ sufficit, desit, aut Summi Pontificis licentia accedat juxta Trid. sess. 6. de reform. cap. 1. nam personis Ecclesiasticis quæ talibus incumbit ex officio, curare spiritualia, & terrenorum curam Laicis relinquere; nisi necessitas id exigat, aut expressa vel tacita permissio Summi Pontificis accedat. Barbosa de Officio, & pot. Episcop. alleg. §. 3. n. 15. & seqq.

357 Resp. IV. causis specialibus accenseri posse absentiam studiorum causa, quòd docentes & discipulos, & quoad Beneficia curata & simplicia, non tantum de Jure Communi in cap. relatum 4. cap. tua 12. de Cleric. non residens. cap. ult. de Magistris cap. cum ex eo 34. de Elect. in 6. Sed etiam de Jure Concilii Trid. sess. 5. de ref. cap. 1. & d. sess. 6. de ref. cap. 2. partim quia 358 causa studiorum favet utrique Reipublicæ, sacræ & profanæ: partim quia salus Ecclesiæ specialiter dependet à numero & copia Viros literatorum: partim quia Tridentinum, dum sess. 24. de reform. cap. 18. mandat, Parochias conferri pro concursu, non prohibet, quòd minus Clericus, in examine pro concursu habilis ad Parochiam inventus, possit ulterius sua studia in ordine ad abolitionem vel lauream adificandam continuare. Ita 359

cap. contra Barbosa ad cit. cap. relatum n. 7. Pirhing ad tit. de Cleric. non residens. n. 26. Reiffenstuel num. 144. cum Navarro & Palao docent. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 34. n. 163. Fagnanus in cit. cap. ult. de Magistr. num. 11. Wiestner ad tit. de Cleric. non residens. n. 33.

360 Interim; ut ejusmodi absentia sit justa, requiritur I. licentia Ordinarii d. cap. relatum & cap. cum ex eo. II. ut Clerici Beneficiati studia in loco publico, Universitate, vel Academia profectantur d. cap. tua 12. III. ut, si Beneficium sit curatum, idoneum Vicarium substituant d. cap. cum ex eo 34. §. porro &c. IV. ut triginta annis non sint majores arg. d. cap. ult. de Mag. in V. docibiles, eò quòd postea docilitas ordinariè videatur deficere. Reiffenstuel cit. l. n. 138.

361 Quæres IV. possitne obligatio residentis per consuetudinem aboleri?

Resp. I. obligationem residentis ex parte Clericorum curatorum consuetudine aboleri non posse: cum neque prævalere Juri Divino cap. ult. de Consuet. & propterea, licet immemorialis sit, à Concilio Trid. d. sess. 23. cap. 1. tanquam corruptela reprobetur.

362 Resp. II. in dignitatibus & personatibus non-curatis, uti & in Canonice, consuetudinem per se loquendò introduci posse, quòd liceat minori tempore, quam 9. mensibus, residere, sicut de facto in pluribus Germaniæ Ecclesiis introductum est, ut sufficit residentia per 4. 5. vel 6. menses. Pirhing d. l. num. 6. & 15. Nihilominus cum Trid. Con 363 cil.

cell. d. fess. 24. cap. 12. severè prohibeat, ne liti-
ceat vigore eujuslibet status aut consuetudinis ultra
tres menses ab eisdem Ecclesijs quilibet anno abesse:
vis alia consuetudo, quam immemorialis, va-
lebit, secundum conclusa in Lib. I. tr. de Jure
Leg. cap. 9. n. 115. Qualiter verò Canonici,
plures Canonicius habentes, in simili casu
à residentia absolvantur? Docerunt P. Eng-
gel ad tit. de Cleric. non resid. n. 27. & P. König
num. 16.

364. Dico III. in Beneficiis simplicibus cæteris
consuetudinem non-residendi ubique loco-

§. II.

Quâ ratione Clericus Beneficiatus fructus Beneficii faciat suos?

366. Principium emolumentum & jus Beneficii
quoad temporalia consistit in facultate
percipiendi redditus annuos seu fixos, ex pri-
mæva fundatione vel subsequenti dotatione
in compensationem ministerii spiritualis & resi-
dentia destinat, si Beneficiati non tantum
materialiter sed etiam formaliter resident, seu
omni munus & officii expleant cap. ult. de Reser-

367. in 6. Quibus etiam annuerantur fructus,
quos appellant grossos, de frumento,
vino, piscibus, aut similibus rebus, certis anni
temporibus inter residentes distribui solitos.
Magnif. D. P. König ad tit. cit. de Cleric. non re-
sident. sub n. 36. Ubi

368. Disceptatur I. utrum, si Beneficiatus aliquis
in Religione approbata Novitiatum ingre-
diatur, fructus interea obvientes lucre-
tur?

Resp. affirmativè. Rationem desumo ex
cap. Beneficiatus 4. de Regular. in 6. ubi S. Ponti-
fex tria memorabilia adducit: I. quod Benefi-
cium talis Novitii, durante Novitatu, ne-
minifit conferendum; II. quod interea Vica-
rius deputari debeat; III. quod Vicarius con-
gruam portionem ex redditibus Beneficii percipere
valeat. Unde sic licet discurrere.

369. Qui potest licite Beneficio abesse, constituere
Vicarium, per illum deservire, ac congruam
solummodo portionem ipsi suppeditare, reli-
quos fructus Beneficii omnes lucratur per cap.
cum ex eo 34. de Elect. in 6. Atqui hoc potest
Beneficiatus, Novitiatum ingressus. Ergo
&c.

370. Disceptatur II. an, si Beneficiatus intra an-
num decedat, fructus pro rata temporis ad
suos heredes transmittat?

Resp. prædicandè à consuetudine, & puncto
juris inhærendè, negativè. Ita cum Nar-
varro & Barbosa Pignatell. tom. 4. consil. 126.

371. num. 6. & alii. Ratio est I. quia Benefici-
atus etiam illas obvientes, quas in vita
jam acquisiverat, nequit de Jure Comuni
ad heredes transferre, sed tenetur illas Eccle-
siae, cui servierat, relinquere cap. investigan-
dum 1. cap. ut unusquisque 3. cum 2. seqq. de Pe-
cunio Clericor. cap. quia nos 9. cap. relatum 12. de
Testament. Ergo alias obvientes, quas
necdum acquisiverat, multò minùs ad hære-
des poterit transmittere. Ratio est II.

rum ferè jam invaluisse, velut cum Felino, Ab-
bate, Garcia, & aliis testatur Fagnanus ad cap.
cum omnes 6. de Confit. n. 14. & seqq. Si 65
tamen hujusmodi consuetudo vergeret in
detrimentum Ecclesiae, ac diminutionem cul-
tus Divini, fortè quòd ex pluribus Beneficia-
tus ejusdem Ecclesiae nullus vel pauci reside-
rent, neque hæc neque prior consuetudo
toleranda foret per cap. consuetudines 1. de Con-
suetud. cap. ult. eod. tit. Pagnanus ad d. l.
num. 18.

quia ex communissima sententia, quam se-
quar & probabo in tract. seq. cap. 4. usufruc-
tuarius nequit transmittere fructus, in vita
necdum perceptos, ad heredes, etiam pro
rata temporis: cum titulus servitutis perso-
nalis unâ cum persona expiret §. is vero 36.
Instit. de R. D. l. si fructuaris 13. ff. Quib. mod.
usufruct. amitt. Ergo nec Clericus Benefi-
ciatus poterit transmittere: quippe qui ex
num. 12. est similis usufructuario. Ra-
tio est III. quia in cap. quia sepe 40. de Elect. in 6.
cap. ult. de Officio Ord. eod. in 6. cautum legitur,
ut omnes fructus, ab Antecessore in Benefi-
cio relicti, aut in Ecclesiae utilitatem conver-
tantur, aut futuro successorii referentur.

Neque reponas, qui fructus est officio per
medium annum v. g. illi debentur fructus
medio anno correspondentes per cap. cum se-
cundum 16. de Præbend. Ergo si Beneficiatus
post medium annum dnceferit, fructus pro
medio anno, quò servierat, illi debentur.
Resp. enim distinguendò antec. qui fructus
est officio per medium annum, illi debentur
fructus, anno medio correspondentes, si vix-
erit, concedo antec. si mortuus fuerit, neg.
antec. Ratio negandi jam data est: quia, si-
cut servitium est personale, sic etiam titulus
percipiendi fructus est personalis, nec ad hæ-
redes devolvitur, sed cum morte Beneficiati
extinguitur: & sicut in Beneficio procul ar-
cetur omnis hereditaria successio; sic etiam
in emolumentis Beneficii.

Si intes: maritum transferre fructus rei
dotalis ad suos heredes pro rata temporis,
quò stetit matrimonium, tamen solvatur mat-
rimonium & titulus lucrandi fructus I. fructus
7. §. 1. & 2. ff. Solutio maritum.

A Resp. disparitatem esse, quòd maritus lucre-
tur fructus rei dotalis jure domini, ad hæ-
redes transmissibilis l. quævis 7. §. ff. l. si præ-
dium 23. Cod. de Jure Dor. at Beneficiatus lu-
cratur fructus jure usufructus ac juris perso-
nalis & intransmissibilis ad heredes. Simi-
lis responsio datur ad instantiam de colono,
qui jus percipiendi fructus ad heredes pro-
pterea transmittit: quia jus illud oritur ex jure
contractus, ad heredes transitorio §. ult. Inst.
de Locat.

E contrario, si Clerici sine causa exculante
378

378. Ratio connexionis. 399. Definitio Coadju-
toria. 400. Est facultas. 401. Advovandi.
P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

residentiam omitant, pro rata temporis fru-
ctus Beneficii non faciat suos. Trident. sess. 23.
de Reform. cap. 1. §. si quis autem & §. eadem &c.

379. Et, si Episcopi vel Prælati majores fuerint, ac
moniti non redierint, de Jure Veteri poterant
deponi, & in Monasterium detrudi cap. perve-
nit 20. VII. q. 1. de Jure Concilii Trident. autem
Archi-Episcopus, vel si non-residentes
Archi-Episcopi dignitate præcellant, Senior
Suffraganeus sub pœna interdicti ingressus in
Ecclesiam, ipsò factò incurrendâ, jubetur id
Summo Pontifici denuntiare d. sess. & cap. &
380. sess. 6. de Ref. cap. 1. Cæteri inferiores

curati Beneficiis suis privari possunt d. sess. 23.
cap. 1. §. eundem, præmissâ tamen trinâ cita-
tione, & sex mensium intervallò, post cita-
tionem interpositò cap. ex parte 8. cap. ex tua
11. de Cleric. non-resid. Canonici verò 381
non-residentes primò anno dimidiâ parte fru-
ctuum; secundò omnibus fructibus privan-
tur. Contumaciâ, ultra biennium durante,
post factam citationem juxta SS. Canones in
d. cap. ex parte & d. cap. ex tua usque ad priva-
tionem officii contra ipsos procedendum est;
ex mandato citi. Concilii sess. 24. de ref. cap. 12.
§. præterea.

§. III.

Quâ ratione Clericus Beneficiatus distributiones quotidianas lucretur?

382. Non mediocre commodum Clericorum
Beneficiorum est, quòd possint etiam
lucri distribuciones quotidianas, seu pecu-
nias, præsentibus in Choro deputatas, si resi-
deant, & Officia Divina frequentent. Textus
in cap. un. de Cleric. non resid. in 6. Trid. Conc.
383. d. sess. 24. de ref. cap. 12. Qui verò non
resident, etfi à residentia exculentur, fortè
quòd in servitio Episcopi sint occupati, au-
tiorum causâ versentur alibi, ejusmodi
distribucionem, seu stipendium actualis præ-
sentia, non percipiunt cap. de cetero 7. d. i. cap.
licet vobis 32. de Præb. Covarruv. Var. resolut.
lib. 3. cap. 13. num. 2. Barbof. Jur. Eccl. Univ.
lib. 3. cap. 18. n. 90. Pirhing ad tit. de Cleric.

384. non resid. Wiestner ibid. n. 58. Quin &
si resident, officio Divino tamen non inter-
sint, memorati stipendii participes haud sunt,
præterquam si infirmitas, quacunque ex cau-
sa contracta; corporalis necessitas, ob curandam
vel conservandam sanitatem; aut evidens Ec-
clesiæ utilitas excuset; veluti decidit Bonifa-
cius VIII. in d. cap. un. de Cleric. non-resid. in 6.
Conferatur Covarruv. cit. l. n. 8. & 9. Pas-
serin. in Comment. ad cit. cap. un. in 6. P. König
ad eund. tit. n. 30. & seqq.

385. Dubitatur I. an Canonici, qui in eadem
Ecclesia duo Beneficia possident, v. g. Deca-
natum & Canoniciatum, duplicem portionem
lucretur?

Affirmant Felinus, Panormitanus, Barbosa
& alii Interpretes ad cap. cum olim 12. de Sent.
& re judic. ubi supponi videtur, Præposito,
qui simul Canonicus est, duplicem vocem in
386. electione competere. Ratio est: quia,
tamenfi physicè loquendò talis Clericus sit
una persona, est tamen moraliter loquendò
duplex persona, dum gerit duplex officium,
& fructus annuos dupliciter accipit. Ergo
poterit etiam petere duplicem portionem:
eùm etiam in Choro sustineat personam du-

plicem, & si separata foret, cuilibet sigillatim
sua deberetur portio.

Dubitatur II. an portiones absentium præ-
sentibus accretant?

Distinguendum existimo, num omnibus
Canonici v. g. præsentibus, collectivè sum-
ptis, una aliqua summa v. g. sex floreni sint
constituti; an verò pro singulis præsentibus
singulæ portiones v. g. medius forenus aut
15. crucigeri sint deputati. Primò casu 388
portiones absentium accretunt præsentibus
arg. Concilii Trid. sess. 21. de ref. cap. 3. & sess.
24. cap. 12. §. præterea &c. tum quia per se
præsentibus ex defectu absentium augetur
labor, & sic præmium quoque augendum est:
tum quia in simili eventù non habetur ratio
singulorum in individuò, sed omnium collec-
tivè sumptorum. Secundò casu, cum 389
singuli suas portiones distinctas habeant, ces-
sat jus accretendi, ac portiones absentium
non acquiruntur præsentibus, sed remanent
in massa Ecclesiæ arg. d. Concil. sess. 22. de ref.
cap. 3.

Dubitatur III. possintne præsentibus absen-
tibus suas portiones remittere?

Resp. distinctè. Vel agitur de portionibus,
quæ præsentibus non possunt accrescere; vel
de illis, quæ accrescere possunt. Si illud;
cessat remissio: utpotè quæ cedere nequit in
detrimentum Ecclesiæ. Si hoc; interest, 391
an præsentibus portiones absentium jure ac-
cretionis jam perciperint, an primùm percipi-
ri sint? Si jam perciperint; possunt absenti-
bus favere, & cujus jam facti sunt domini,
jus illis cedere ac remittere. Si primùm 392
percipendi sint; remissio in cit. Conc. sess. 24.
de ref. cap. 12. in V. distributiones &c. est inter-
dicta, ne videlicet abentes à Divinis abstra-
hantur, ac periculum collisionis & mutua
remissionis subsequatur. Garcia de Beneficiis
p. 3. cap. 2. n. 427.

SECTIO IX.

De Coadjutoria.

SUMMARIUM.

398. Ratio connexionis. 399. Definitio Coadju-
toria. 400. Est facultas. 401. Advovandi.
402. Beneficiatum minus habilem. 403. &
seqq. Ex variis causis. 410. In Administrat-
ione

sione Beneficii. 411. Legitimè concessa. 412. & seq. Alia est temporalis; alia perpetua. 414. Coadjutorum perpetuum deputat solus Pontifex. 415. Temporalem pro Clericis inferioribus deputat Episcopus. 416. Episcopalis Coadjutoris deputatio regulatur juxta cap. un. de Clerico agrot. in 6. 417. Quid in aliis Prælati, Capitulum habentibus, obtineat? 418. & seqq. Determinatur qualitates, in Coadjutore requisita. 423. Beneficiato, qui laborat impedimento perpe-

tuò, dandus est Coadjutor. 424. & seqq. Non autem is à Beneficio removendus est. 427. & seqq. Utrum quis ad assumendum Coadjutorium possit compelli? 430. Coadjutor dementis ab solutam consequitur potestatem. 431. Coadjutor sapientis potestatem limitatam. 432. & seqq. Illius obligatio declaratur. 434. & seqq. Explicatur emolumenta. 436. & seqq. Explicatur duratio Officii. 438. & seqq. Quæ de Successione post mortem Coadjutori resolvitur.

§. I.

Quid & quotuplex sit Coadjutoria?

398 **A**d effectus vel affinitia Beneficii Ecclesiastici reduci potest Coadjutoria; quatenus non exiguus favor est Beneficiati, quòd, si fiat ineptus ad officium suum exequendum, per Coadjutorem deservire valeat; & insuper Coadjutoria, licet Beneficium propriè dictum non sit, sed tantum administratio Beneficii, Beneficiis tamen improprie talibus accenseri potest. Garcias de Benefic. p. 4. cap. 5. num. 123. Leuren in Foro Benefic. p. 2. q. 558. n. 7. Murga de Benef. q. 3. n. 682. & seqq.

399 Definiri potest, quòd sit facultas, adjuvandi Beneficium minus habilem in administratione seu regimine Beneficii, alicui legitime concessa.

400 Dixi I. facultas; nec explicavi, quòd sit jus reale, sicut in n. 11. de Beneficio fuit explicatum: quia Coadjutoria, etiam si sit perpetua, non tribuit titulum & jus in Beneficio (nec enim unius Beneficii plures Rectores, proprietarii, vel usufructuarii esse possunt) sed spem duntaxat radicatum, aut jus ad rem. Abbas in cap. de Rectoribus 3. de Clerico agrot. vel debilit. Pagnanus ibid. n. 6. 35. & 36. Reiffenstuel eod. tit. n. 23.

401 Dixi II. adjuvandi; quòd verbò proprium Coadjutoris officium exprimitur, ut nempe præstet adjutorium Beneficiato, & in eo, quòd ipsemet deservire nequit, eundem sublevet per cit. cap. de Rectoribus 3. Gonzalez ad cap. ult. eod. n. 4. Rota Rom. in recent. p. 5. dec. 602. n. 1. & 2.

402 Dixi III. Beneficium minus habilem. Qualis sit Beneficiatus, cum vel sine cura? non interest. Rota Rom. in recent. p. 7. dec. 313. n. 13. Ut tamen eidem detur Coadjutor, aut omnino inhabilis, aut minus habilis sit, oportet per rubr. & nigrum cit. tit. de Clerico agrotante vel debilitato &c. Quòd pertinet I. senium, & quidem, ut putat Pignatell. tom. 4. consult. 137. n. 2. ætas 60. annorum; licet alii cum Passerino ad cap. un. d. r. in 6. n. 20. Superioris arbitrio determinationem senii, propter varietatem hominum senescientium, remittant. II. gravis infirmitas corporis, eaque perpetua. cap. ex parte 5. d. r. & arg. d. cap. un. in 5. impedius perpetuo &c. Pignatell. d. r. n. 2. alioquin sit temporalis solum, adeoque curabilis sit, non

tam Coadjutor quàm Vicarius infirmo debet assignari. Pagnanus ad d. cap. ex parte num. 4. Passerin. ad cit. cap. un. n. 22. & seqq. III. it. 405 regularitas, ex mutilatione, deformitate, debilitate, vel aliunde contracta, reddens Beneficiatum impotem ad ministerium Altaris per cap. presbyterum 2. cap. ult. d. r. Passerin. d. cit. n. 23.

IV. defectus sufficientis doctrinæ, propter quem Beneficiatus eundem strictò jure removeri potest ex cap. ult. de Erat. qual. & Ord. præficiend. si tamen honestè sit vitæ, Coadjutor aut Vicarius eidem adungi potest per Trid. Concil. sess. 21. de Reform. cap. 6. V. 407 augmentum & multiplicatio populi, à Beneficiato dirigendi per ea, quæ dicta fuere in cap. 2. num. 56. & statuuntur in Trid. d. sess. cap. 1. Barbosa Jur. Eccles. univ. cap. 10. n. 16. VI. 408 notabilis negligencia, incuria, vel remissio in officio & servitio Divino; nec non mala œconomia seu dilapidatio bonorum Ecclesiæ vel Beneficii arg. cap. ult. de Statu Monachor. Passerin. d. l. n. 28. VII. diuturna absentia, vel propter hostium detentionem, vel propter alia negotia, alibi peragenda, contingens. Pignatell. d. tom. 4. consult. 137. n. 3.

Dixi IV. in administratione seu regimine Beneficii. Ut denotetur, quòd, sicuti Coadjutor non datur Beneficiato, nisi propter administrationem seu regimen Beneficii; sic etiam Coadjutor nihil aliud quàm Beneficii regimen aut administrationem nanciscitur; non obstante textu in d. cap. de Rectoribus, ubi, cum dicitur, Coadjutorem Parochi habere curam animarum, cura animarum quoad exercitium intelligitur. Reiffenstuel ubi supra n. 23.

Dixi V. alicui legitime concessa. Censetur 411 verò legitima Coadjutoria concessio, si præter causas, à n. 403. enumeratas, auctoritas legitimi Superioris intercedat, de qua statim in §. seqq.

Dividitur Coadjutoria in temporalem & 412 perpetuam. Temporalis est, quæ durat ad vitam Coadjuti, vel usque dum impedimentum, quòd Beneficiatum reddit impotem ad sua munia, cessat. Perpetua est, quæ durat 413 etiam post mortem Coadjuti, datque Coadjutori jus, Coadjuto in Beneficio succedendi.

§. II.

A quo Coadjutor deputetur? Quis; & Cui?

414 **C**oadjutorem perpetuum in Beneficiis quibuscunque nullus deputare potest, quàm S. Pontifex. Ratio est: quia vinculum Juris, prohibentis, ne Beneficium, necdum vacans, quale est, cui datur Coadjutor cum certa spe successione, alicui conferatur ex n. 147. nemo solvere potest, quàm S. Pontifex. Textus in cap. sicut vir. 11. §. ecce &c. cap. non autem 12. VII. q. 1. Concil. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 7. Rota Rom. in recent. p. 5. decis. 602. n. 9. & 10.

Coadjutorem temporalem Parochis, Archi-Diaconis, & aliis Prælati, Episcopo inferioribus, non-exemptis, dat Ordinarius loci per cap. de Rectoribus 3. & cap. ult. de Clerico agrot. Gonzalez ibid. num. 5. Coadjutorem majores in cap. un. d. r. in 6. constitutum est, quòd, si sanæ mentis sint, & in partibus degant, consentiente Capitulo vel majori illius parte, sibi ipsi Coadjutorem assumere valeant; & si à mente sint alieni, possit Capitulum, duobus partibus assensum præbentibus, Coadjutorem nominare; & si Episcopus Coadjutorem, quando necessarius est, assumere nolit, S. Pontifex desuper consulatur. Latè Passerin. ad cit. cap. un. ubi in num. 27. notat, etiam inferiorem Prælatum, qui Capitulum & Jurisdictionem Episcopalem habet. Coadjutorem sibi præfatis modò assumere posse.

418 Coadjutorem porro agere potest in genere, qui pollet qualitatibus, ad functiones, in Coadjutoria obeundas, necessariis per Concil. Trid. d. sess. 25. cap. 7. in f. ceteroquin enim frustra deputatur Coadjutor, si propter defectum ejusmodi qualitatium Beneficiatum coadjuvare nequeat. P. König ad cit. de Clerico agrot. vel debilit. num. 6. Pignatell. cit. tom. 4. consult. 137. n. 4.

In specie, si Coadjutor solummodo detur ad administranda temporalia, debet habere prudentiam œconomicam, & simul ætatem 25. annorum inchoativè, per textum in l. ad Rempublicam 8. ff. de Munerib. & honor. Sin verò detur ad spiritualia, eam ætatem, Ordinem, & scientiam actû habere debet Coadjutor, qualem v. g. habere debet Parochus, aut Prælatum, quem coadjuvat. Leuren. in foro Benefic. p. 1. q. 217. n. 2. Passerin. ad cit. cap. un. n. 47. & seqq.

Interim, an Coadjutor sit Clericus regularis vel Sæcularis? Nihil interesse, tradunt Abbas in cap. ult. de Clerico agrot. n. 4. q. 6. Azor Instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 2. q. 8. Barbosa ff. E. U. lib. 3. cap. 10. num. 6. Clarif. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. num. 24. 422 Quin imò, si Coadjutor detur cum spe certa successione, cum ex n. 414. detur à solo Pontifice, qui plenam in Jure positivo dispensandi facultatem obtinet, qualitates, alias in Coadjuto requiritæ, sæpè non desiderantur, ut patet in filiis Magnorum Principum, quibus in ætate minori non rarò Coadjutoria Episcopales conceduntur. Engel ad cit. tit. de Clerico agrot. n. 7. König ibid. n. 5.

Culnam Beneficiato de reliquo sit dandus 423 Coadjutor? Jam patebit ex n. 402. qui nimirum ob aliquod impedimentum perpetuum, nequit officio suo præesse. Et licet videri 424 possit, ob impedimentum perpetuum Beneficiatum profus à Beneficio suo removendum esse: tum quia in cap. si quis Abbas 15. XVIII. q. 2. Abbas, factus ad regimen ineptus, à suo arceri honore jubetur: tum quia in cap. tuus nos 4. de Clerico agrot. de Sacerdote, leprâ infecto, dicitur, eum ab administratione officio removendum esse: tum quia in cap. ult. Dist. 55. conformiter conclusum in p. 1. cap. 2. n. 23. Clerici, qui sunt in idonei ad Sacerdotium recipiendum, suis Beneficiis omnino privantur. Nihilominus 425 minus manet immota assertio, tam in textibus cap. de Rectoribus 3. cap. ex parte 5. cap. ult. d. r. cap. un. eod. in 6. quàm in ratione solide fundata: quia, ut dicitur in d. cap. ex parte 5. & capitulum percussio 2. VII. q. 1. afflictio non est addenda afflictio; & ut differitur in cap. scriptis 1. cap. quamvis 14. eod. q. 1. cap. satis perversum 7. Dist. 56. injustum est, ut quis honore & jure suo citra culpam privetur. Necququam re. 426

fragrantibus textibus contrariis, quorum primus in cap. si quis Abbas de Abbate, non morbo vel debilitato, sed vitioso, ac depositione digno loquitur; secundus in cap. tuus nos de administrationis officio, non de titulo, proprietate, & jure Beneficii conceptus est; tertius in cap. ult. casum diversum à nostro complectitur, quando scilicet impedimentum perpetuum non supervenit Beneficio, jam plenè acquisito; sed in ipsa collatione vel infra annum se prodit: tunc enim, cum Beneficium conferatur sub conditione Sacerdotii recipiendi, Sacerdotiò non recepto, velut deficiente conditione, collatio resolvitur. Atque hæc est canonizata serè sententia omnium Interpretum, Abbatis in cit. cap. tuus nos 4. Pagnani in d. cap. de Rectoribus 3. n. 4. Barbosa ib. num. 2. & 3. Gonzalez ad d. cap. ult. n. 4. Passerin. ad d. cap. un. n. 35.

Quæres: an Beneficiatus ad acceptandam 427 Coadjutoriam possit compelli?

Lotter de Re Benefic. lib. 2. q. 25. n. 25. opinatur, Coadjutorem invito non dari, præterquam ex causa dilapidationis & demeritæ. Ego generaliter opinor, quòd Beneficiatus quilibet ad acceptandum Coadjutorem possit compelli, si subit impedimentum perpetuum, uti constat ex omnibus textibus, in tit. de Clerico agrot. vel debilit. contentis: quia nimirum Beneficiatus quilibet compelli potest, ut, si per se ipsum officium debitum præstare nequeat, per alium præstet. Reiffenstuel ad cit. tit. n. 17.

Idque procedit etiam de Epi- 428 scopo, non quidem ut possit à suo Capitulo cogi per textum in cap. un. d. r. in 6. sed à Superiore cap. ex parte 5. eod. non tamen ab alio, quàm S. Pontifice d. cap. un. ubi Passerin. n. 40. Quin & si Episcopus in assumptionem Coad- 429 jutoris

jutoris semel assenserit, ac Coadjutoria tam Ecclesie quam Episcopo fuerit utilis inventa, non amplius variare, & quod Coad-

jutore non indigeat, dicere potest *arg. Clem. un. de Reanuat. Pignatell. d. tom. 4. Consult. 137. num. 7.*

§. III.

Quodnam sit officium, obligatio, vel emolumentum Coadjutoris?

330 Officium Coadjutoris aliud est, si constituitur Beneficiato dementi; aliud, si de-putetur sapienti. Coadjutor Beneficiati dementis habet eandem potestatem, idemque profus officium in omnibus & per omnia, quod habet Coadjutus, etiam in favorabilibus, beneficalibus, & gratiosis *arg. cap. is cui 42. de Elef. in 6. except. a alienandi facultate cap. un. de Clerico egrot. eod. in 6.* Nec enim aliud occurrit, qui Coadjuti munus explere valeat; nec utilitas aut necessitas Ecclesie permittit spatium, actus gratie vel justitie differendi. Fagnan. in *cap. ex parte 5. de Clerico egrot. n. 18.* Passerin. in *cit. cap. un. n. 53.* Engel ad *cit. tit. 4. Murga de Benef. q. 3. n. 201.*

331 Coadjutor Beneficiati sane mentis ea duntaxat facere potest, ad quae Beneficiatus est inhabilis; nec debet vel potest se immiscere negotiis, quae Beneficiatus pro seipsum expedire vult & valet; si ve sit perpetuus, si ve temporalis *arg. cap. quia fratres 18. VII. q. 1. ne detur invito Beneficiario, & favor. in Coadjutoris datione concessus, in odium & desolationem ipsius convertatur contra d. cap. ex parte & cap. quod ob gratiam 61. de R. J. in 6. Fagnanus *cit. l. n. 19. & 24.* Passerin. *n. 51. & 57.* König *num. 13.* Wiestner *n. 25.* Reiffenstuel *n. 51.**

332 Obligatio Coadjutoris est, ut sublevet Coadjutum in omnibus, in quibus ipsemet deservire nequit; eumque in finem unam cum Coadjuto residere teneatur in Beneficio, veluti declaratum à S. Congregatione Concilii referi Barbosa *for. Eccles. lib. 3. cap. 10. n. 31.*

333 Et, si administrationem aliquam habeat, rationes reddere tenetur vel ipsemet Beneficiato, ubi ratione praeditus est; vel Capitulo, si quod ad fuerit; et Successori, quando in vita Coadjuti redditus non sunt per textum in *cit. cap. un. Passerin. ibid. n. 61.*

334 Emolumentum Coadjutoris consistit in jure percipiendi legitimam, suae sustentationi concedentem portionem ex bonis & redditibus Beneficii *cap. de Rectoribus 3. de Cler. egrot. d. cap. un. eod. in 6. Trid. sess. 21. de Ref. cap. 6. est enim & hic operarius sua mercede dignus, nec propriis militare stipendiis obligatur. Clem. de Benef. dist. 44. n. 24.*

Sin autem redditus beneficales Coadjutori simul & Coadjuto, decenter alendo, non sufficiant, probabilior est sententia, ex redditibus Beneficii potius succurrendum Coadjuto; tanquam jus potius, titulum nempe & jus usus fructus habenti; Coadjutori vero vel à parochianis subveniendum, vel ab Episcopo per assignationem Beneficii simplicis aut pensionis esse providendum *arg. ex Concil. Trid. d. sess. 21. de Ref. cap. 4. & 6. petitio. Panormit. ad d. cap. de Rectoribus n. 6. Passerin. ad *cit. cap. un. num. 44.**

Gonzalez ad *cap. cum percussio 1. d. r. n. 4.* Engel ad *cit. tit. n. 3. König n. 13. Wiestner n. 11. Reiffenstuel n. 57. & seq. Vid. Clericat. de Benef. dist. d. 91. à n. 6.*

Exquires I. quamdiu duret officium Coadjutoris?

Resp. I. Coadjutoris temporalis officium usque ad vitam Coadjuti, vel usque ad tempus soluti impedimenti, cujus gratia Coadjutor erat assumptus, durare: nam, ut vulgatissimum habet axioma, sublata causa, tollitur effectus. Rota Rom. in *recens. p. 5. dec. 602. n. 5. & 6.*

Resp. II. officium Coadjutoris perpetuum cessare quidem per mortem Coadjuti, sed tamen in melius commutari, ac in Coadjutorem ipsò factò à momento decedentis Coadjuti Beneficium absque nova collatione transferri: quippe cum ex stylo Curiae Romanae Coadjutor perpetuus detur cum clausula, *ex nunc pro tunc, & ex tunc pro nunc*, ac eventus mortis retrotrahitur ad tempus admittit Coadjutoriae, ut Coadjutor jam tunc Beneficium acquisivisse videatur. Rota Rom. *d. dec. n. 39. & seq. Garcias de Benef. p. 4. cap. 5. n. 138.* Fagnan. in *cit. cap. ex parte n. 16.* Lotter de *re Benef. lib. 2. q. 25. n. 43. & 45.*

Exquires II. utrum, si Coadjutus moriatur, antequam Romae pro Coadjutore perpetuo litterae sint expeditae, ille nihilominus in Beneficio succedat?

Resp. quòd in utramque partem afferantur decisiones Rotaes; pro affirmativa coram Puteo, ut patet ex *recens. p. 7. dec. 313. n. 28.* pro negativa coram Manzanedo, ut refert Lotter *d. l. n. 46.* in puncto tamen Juris praevaleat negativa. Ita Garcias *d. l. n. 132.* Lotter *d. l. n. 46. & seq. Wiestner ad *cit. de Prabend. n. 19.* ac novissimè Clariss. P. Schmalzgrueber *ibid. n. 38.**

Ratio est: partim quia in collisione perpetuae Coadjutoriae in effectu quidem duplex est gratia, una, quae respicit favorem Coadjuti; altera, quae concernit commodum Coadjutoris; haec tamen posterior à priori dependet, quatenus Coadjutori in premium obsequiorum, Coadjutori praestitorum, jus in Beneficio succedendi tribuitur: partim quia, si Coadjutor moriatur, jus conferendi Beneficium vacans illic devolvitur ad Ordinarium; cui proinde S. Pontifex, Coadjutorem in Successorem deputandò, praedicare velle non cessatur.

Nec obest, quod Gonzalez ad *Reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. n. 53. & 56.* cum aliis adversè sententiae fautoribus objicit argumentum, ex stylo Curiae desumptum, cujus vigore litterae Coadjutoriae adjicitur clausula: *etiamsi Beneficium de tempore data actualiter vacet, & Coadju-*

421 *tor officium suum non exercuerit &c.*

enim, hanc clausulam intelligi de vacatura, quae inducitur ipsò Jure, citra hominis aut possessoris factum; non autem, quae

Resp. inducitur Jure simul & factò hominis; aut, si factum hominis intelligatur, id non est mors, sed resignatio, veluti sentit Lotter *cit. l. n. 57.*

CAPUT IV.

De Rebus Ecclesiae Temporalibus.

PRAETER Res Sacras, Religiosas, & Spirituales, dantur Res Temporales Ecclesiae, ex quibus Ecclesiae tum seipsas, tum suos Ministros alere & conservare tenentur. De istis itaque sic agemus, ut simul earundem alienationem tum licitam tum vitatam, cum materia, in SS. Canonibus celeberrimam, ex visceribus, ut ajunt, tractemus.

SECTIO I.

De Natura & Multiplicitate Rerum Temporalium.

SUMMARIUM.

1. Res Temporales describuntur.
2. Earum practicata.
3. Non sunt sacra vel religiosa.
4. & seq. Sunt in Ecclesia Dominio.
8. Alia sunt corporales, alia incorporales.
9. & seq. Alia sunt mobiles, alia immobiles.
12. Immobiles alia sunt tales naturaliter.
13. Alia civiliter.
14. Mobiles alia sunt pretiosa.
15. Alia non pretiosa.
16. Aliationes de se neque sunt in mobiles, neque mobiles.
17. & seq. Sequuntur naturam sui objecti.
19. Furta incorporalia accensentur rebus immobilibus.
20. & seq. Pecunia res immobilis censetur.
24. & seq. Explicatur l. ff. de Contrah. empt.
28. & seq. Manet alia, etiamsi destineatur ad rem immobilem.
30. & seq. Vel acquiratur ex distributione rei immobilis.

§. I.

Quid sit Res Temporalis?

RES Temporalis ex *cap. 1. num. 22.* dicitur, quae tota quanta à causa naturali producta, atque ad finem temporalem proximè est ordinata, cujus generis sunt praedia, fructus, & redditus Beneficales, ad sustentationem personarum Ecclesiasticarum ordinati.

2. Vocantur tamen ipsae res temporales Ecclesiae non raro patrimonium Christi *cap. cum secundum 16. de Prabend. cap. cum ex eo 34. de Elef. in 6.* Quandoque appellantur pecuniae Christi *cap. qui Christi 2. cap. qui ab interitu 6. XII. q. 2.* Subinde Res DEI nuncupantur Trid. Concil. *sess. 25. de Reform. cap. 1.* Ex eo tamen nequaquam inferendum est, quòd ejusmodi res factae vel religiosae & non temporales sint: sunt enim res & patrimonium DEI vel Christi non immediate & proximè: eò quòd immediate & proximè non deserunt DEO & cultui Divino, sed DEI ministris. Sunt autem res DEI vel Christi mediatè & ultimè, in quantum principaliter à fidelibus offeruntur ad honorem DEI & Sanctorum, cui propagando personae Ecclesiasticae ex officio studere tenentur.

4. Hinc etiam verius est, quòd istiusmodi res, sicut in communi vocantur res Ecclesiae vel Ecclesiasticae, sic etiam in dominio Ecclesiae vel communitatis Ecclesiasticae, Capituli scilicet, Saecularis aut Regularis, cujus est Ecclesiae, existant. Idque probatur I. ex textibus, in *n. 2.* citatis, ubi bona temporalia res DEI vel Ecclesiae vocantur; quasi nempe sic Divino Numini sint dedicate, ut earum dominium & usus sit penes Ecclesiam: tum ex *cap. expedit 13. XII. q. 1. cap. nulli 3. ead. q. 2. cap. ult. XVI. q. 1. cap. Episcopi 4. de Reb. Eccles. non alienandi. cap. investigandum 1. cap. un. unusquisque 3. cum 2. seqq. de Pecul. Cleric. cap. quorundam 1. in fine de Testament. in quibus res dicuntur esse in dominio Ecclesiae, revocari ad jus Ecclesiae, pertinere ad Ecclesiam &c. II. ex Concilio Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 3.* ubi omnibus Monasteriis, exceptis Domibus FF. S. Francisci Capucinarum, & eorum, qui Minoris de observantia vocantur, possessio bonorum immobilium adstruitur. III. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex *Aurb. si qua mulier. & Aurb. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de F. & F. cap. 4. dub. 7. Haunold. de F. & F. tract. 4. num. 64. & seq. Illustriss. D. Reding de F. & F. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.**